

ba refero ex Anglic. Act. Reg. ad Mens. Jul. Anno. 1669. *Henrici Oldenburgij*, quem, mihi olim per tot literas propitium & familiarem, nunquam desinam laudare,) *Parisis missa, de magno metallico ardenti concavo*, sic habet: *Verum est, Dominum VILLETAM LUGDUNENSEM*, qui antea ardens concavum XXX. ferè digitorum diametri confecerat (quod Rex Danie adeptus est,) aliud, quod jam sub experimento habetur, construxisse. XXXVI. digitorum diametri est, & omne genus metalli, ferrum etiam ad solidi imperialis crassitiem breviori, quàm minuto tempore fundit, & coctum laterculum eodem temporis spacio vitrificat; quoad lignum attinet, id viride vel siccum momento accendit. Rex idem, & ejus effectus cum magnà satisfactione conspexit, atq; sua Majestas desiderio teneri videtur idem obtinendi. Ut eo Regiam Philosophorum Academiam donare possit. Speculum hoc esse concavum, & causticum, à Domino *Villeteo* Lugduni ap. Gallos ante annos aliquot confectum, cujus punctum ultorium tres pedes circiter à centro speculi distare, focum in latitudine Ludovicianum semiaureum aquare, aliunde nostri; ex Angl. Act. Philos. ad Ann. 1665. Mens. Jun. Radiorum, immò ignis à Magnete illo speculo collecti ope, lignum viride in unico momento ignem concepisse, clavum canthi spacio 30 secundorum in guttas resolutum, calculum orichalceum 43". perforatum, frustulum laterculi quadrati ex camera vitrificatum 45", minerali lapidem, qui affigitur sclopetis cum machinà rotatili, efficiente ignem, calcinatum & vitrificatum uno etiam momento, res penè incredibilis videri poterat; n̄ additum fuisset, vix ullum esse corpus, quod ab igne hoc non consumatur. *Mille & quingentis libris* speculum hoc causticum emisse *Alibertus* dicitur, Nos mille & quingentis libris vix acquiremus scriptis. Quæro hic (1) *de Sole*; an, si foret igneus, effectus idem aut ab igne aliquo fautorio, secuturus esset? quæro (2) *de speculo ipsomet*; an ex toto, ut dicitur, metallis sit conflatum? Credo Te non probaturum. Quidni n. vitreum, aut chalybeum, si & magnitudine, & crassitie, & sectionibus iisdem gaudeat, sufficiat? quantumvis dubitet ineptè de posteriori *Porta* in opusculis *Magiæ*, l. 17. c. 17. ubi inauditas jacet ampullas, *Kirchero* et. extremè odiosa s

lib.